

4227 rep. a Boccanera ibi ubi n. 4226.

D M  
P R O T I  
Q V I V I X I  
A N N X I X  
5 S O R O R P I A  
F E C I T

Lanciani *bull. comunale* 12 (1884) p. 163.

4228 in fragmento marmoreo quod aliquando pertinuit ad candelabrum scriptum excisis ornamentis. Rep. una cum n. 4226.

CONSER  
B M F  
V A X X I

Lanciani *bull. comunale* 12 (1884) p. 163.  
1 CONS. editum est.

XII. CASTRIMOENIVM (p. 239).

ad n. 2463. Titulum ab eodem Pedio Iusto positum matri habes huius Corp. vol. VI n. 23891.

ad n. 2464. Oblitus sum addere, hunc videri esse eum ipsum L. Caecilium Rufum qui fuit tribunus plebis a. 690/1, praetor urbanus a. 697. Cf. Mommsen Corp. vol. I ad n. 639.

ad n. 2466. Specimen scripturae (vv. 10—13) dedit Huebner exempl. scr. epigr. n. 1068. Puncta deesse plerumque ait Huebner.

ad n. 2475. V. 1 supplendum est, ut observavit Hirschfeld, [L. Arellio, v. 4 itemque v. 5 [L. Arellius, ex tituloposito colliberto huius Alexandri L. Arellio Glabrai l. Diophanto edito huius Corp. vol. I n. 1026, vol. VI n. 42289. Is cum repertus esse dicatur in via Appia, probabile est utramque inscriptionem antiquitus una stetisse, postea autem alteram loco motam esse.

ad n. 2484. V. 3 supple [M. Acilius Glabrionis Cn. Cornelius Severus ex inscriptione nuper reperta n. 4237. Ceterum quomodo conceptus fuerit totus titulus, adhuc latet. Potest fuisse sepulchralis positus ab Acilio Glabrione et Faustina coniuge (nepoti huius Acili Glabrionis cognomen fuit Faustinus, cf. huius Corp. vol. IX p. 218) filiabus duabus, quarum alteri et ipsi nomen fuit Faustina, alteri ....cilla Aciliana.

4228 a prope Marino in vinea Ingami.

DOMI  
EVTY  
DOM  
MEC

Descripsit Tomassetti; idem edidit *archivio della soc. rom. di storia patria* 8 (1885) p. 434.

XII a. AD DECIMVM.

4229 fistulae plumbeae effossae in vinea Senni, in contrada Ciampino.

PVB · DECIMIENSIVM  
//////// ENSIVM

Ex apographo Tomassettii edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 159; Gatti *bull. municipale* 1887 p. 12.

*Pub(licum) Decimiensium.* Decimienses praeterea nondum innotuerunt, nota est ex itinerario Antonini p. 305 — in tabula Peutingerana nomen excidit — statio ad Decimum viae Latinae prima, X mil. pass. ab urbe. Eis qui ad hanc stationem habitabant fuisse imaginem rei publicae, certe fuisse arcam communem, haec fistula docet; probabile est fuisse eis etiam magistros vel magistratus. — Stationem ad Decimum incidere in fundum Ciampino olim observatum erat (cf. Nibby *anal.* 1 p. 461).

4229 a in aedibus vineae Senni, ibi prope rep.

dis m ANIBVS  
IVS · EPAPRO  
ditus HARPASTENI  
c ris SIME COI · ET  
pos TERIS · QVE  
eoru M FECIT

Lugari apud Armellinium *cronichetta mensile* 1885 p. 139

4229 b in vinea Senni.

dis M A N I bus  
AE IVLI  
VLIMA  
ARIS

Descripsit Tomassetti.

4229 c ibi ubi n. 4229 a.

D M  
PETTETIAE FORTVNA  
TAE DOMITIVS TELE  
GONVS VXORI FECIT

Lugari apud Armellinium l. c.

XIII. Grottaferrata (p. 244).

ad n. 2553. Addere debui quae Henzenus *bull.* l. c. ad explicandum obscurum hoc carmen attulit. Marito Secundae nomen fuisse putat Orbio Natali (v. 2. 3 *Orbi namque Secunda fui*; 4. 5 *una Natalis*); ei Secundam iunctam fuisse septimo matrimonio (id enim significari verbis *quia nos septimus ussit amor*; probabilius Wilmannsius ex inscr. n. 575 cogitat de matrimonio septem annorum); *fatales* (v. 2) esse mortales, *securos* (v. 4) mortuos.